



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

Cap. 1. Episcopi fructus suam Ecclesiarum, non consanguineis, & familiaribus, sed pauperibus distribuant, & traditur ipsis in hoc decreto norma viuendi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

tenentur clausuram.

4 Renocatoria priuilegiarum, exemptionem, & c. qua decretis Concilij Trid. contrariantur.

5 Religiosi delinquentes excommunicari, & alijs penis puniri possunt ab Episcopo in casibus, quibus eius iurisdictioni subduntur.

**H**æc omnia & singula in superioribus decretis contenta, obseruari sancta Synodus præcipit in omnibus cœnobijs, ac monasterijs, collegijs, ac domibus quorumcumque monachorum ac regularium, a necnon quarumcumque Sanctimonialium virginum, ac viduarum, etiam si illæ sub gubernio militiarum, etiam Hierosolymitanæ, viuant, & quocumque nomine appellentur, sub quacumque regula, vel constitutionibus, & sub custodia, vel gubernatione, vel quavis subiectione, aut annexione, vel dependia cuiuscumque Ordinis, vel mendicantium, vel non mendicantium, vel aliorum regularium monachorum, aut canonicorum quorumcumque: & non obstantibus eorum omnium, & singulorum priuilegijs sub quibuscumque formulis verborum conceptis ac Mare magnum, appellatis, etiam in fundatione obtentis, necnon constitutionibus, & regulis etiam iuratis, atque etiam consuetudinibus, vel præscriptionibus, etiam immemorabilibus. Si qui verò regulares tã viri, quàm mulieres sunt, qui sub arctiori regula, vel statutis viuunt, excepta facultate habendi bona stabilia in communi, eos ab eorum instituto, & obseruantia sancta Synodus amonere non intendit. Et quia sancta Synodus desiderat, vt omnia, & singula supradicta quamprimum executioni demandentur: præcipit omnibus Episcopis in monasterijs sibi subiectis, & in omnibus alijs, ipsi in superioribus decretis specialiter commissis, atque omnibus Abbatibus, & Generalibus, & alijs Superioribus Ordinum supradictorum, vt statim prædicta exequantur. Et si quid executioni mandatum non sit, Episcoporum negligentiam Cœcilia prouincialia supplicent, & coërceant. Regularium verò Capitula prouincialia, & generalia, & in defectum Capitulorum generalium Concilia prouincialia, per deputationem aliquorum eiusdem Ordinis prouideant. Hortatur etiam sancta Synodus omnes Reges, Principes, Resp. & Magistratus, & in virtute sanctæ Obedientie præcipit, vt velint prædictis Episcopis, Abbatibus, ac Generalibus, & cæteris Præfectis in superioribus contenta reformationis executione suam auxilium, & auctoritatem interponere, quoties fuerint requisiti, vt sine vlllo impedimento præmissa rectè exequantur ad laudem Dei omnipotentis.

1. **V**ide Fr. Emman. *quæst. regular. tom. 1. quæst. 8. artic. 6. & tom. 2. q. 108. art. 2. in fine. & quæst. 112. art. 1. & tom. 3. quæst. 23. art. 5. & in explicat. Bullæ Cruciatæ, §. 5. dub. 3. fol. 33. Campan. in diuersor. artic. canon. rubr. 12. c. 13. ex n. 167. Sanchez 2. in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. c. 15. ex n. 10. Bonacin. de clausura & penis tam violentibus impositis, q. 1. puncto 2. Hieronym. Veneros. Leyua in examine Episcop. lib. 6. c. 21. n. 6. meupium de offic. & potest. Episcopi p. 3. alleg. 102. num. 9. a. Nec non quarumcumque Sanctimonialium, & c.] Moniales omnes, etiam professas Ordinum Militiarum S. Iacobi Calatræ, & Alcantaræ clausuræ præcepto adstringunt, resoluunt Llamas in methodo curat. in append. §. 1. in fine. Nauarr. commento 4. de Regular. n. 44. versic. quinto nota, Fr. Emman. d. tom. 1. q. 44. artic. 2. & Sanchez d. lib. 6. cap. 15. n. 10. Ego ipse dicto num. 9. versic. nam Moniales.*

2. **C**lausura præcepto teneri Moniales illorū monasteriorū, quibus ante Concil. Trid. nunquā admissa fuerat, docent Nauarr. d. comment. 4. n. 25. versic. octauo nota, Fr. Emman. d. tom. 1. q. 44. artic. 2. AZOT. institut. moral. p. 1. lib. 13. c. 8. q. 1. versic. ex his planè, & versic. item quæbatur, Sanchez d. c. 15. num. 12. Ego ipse d. num. 9. versic. item eodem.

**V**nde facultates Monialibus professis concessas ante Conciliū Trid. & Motum proprii Pij V. incip. Circa pastoralis, existendi intra Conuentum in aliquibus honestis locis, abolitas esse per Trid. in præfenti, & dictum Motū proprium, & solum suffragari post huiusmodi decretum obtentas cum sufficienti illorū derogatione, obseruant Nauarr. d. comment. 4. n. 53. notab. 2. & Sanchez d. c. 15. n. 18. Bonacin. d. quæst. 1. puncto 2. num. 2. versic. nec obstat tercio.

3. **M**oniales conuersas, & tertiaras professas ad eandē teneri clausuram, resoluunt Nauarr. d. comment. 4. n. 45. Fr. Emman. tom. 1. quæst. 44. artic. 4. Sanchez d. cap. 15. n. 13. Ego ipse d. n. 9. versic. item ad eandem, Fr. Ludou. Miranda de saceris Monialibus q. 1. art. 3. & 5. Soar. de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 8. num. 14. & 17. Bonacin. d. puncto 2. num. 2. vbi num. 3. cum

Soar. d. cap. 8. num. 16. aduertit Nouitias non teneri ad clausuram, & num. 4. subdit illas scēminas, quæ non sunt verè Moniales, non teneri ad clausuram, etiam si aliqua simplicia vota emittant.

β Non obstantibus eorum omnium, & c.] Pius Papa II. suæ 4. constit. incip. In Principis, sub dat. 13. Kalend. Martij 1565. reuocauit priuilegia, exēptiones, immunitates, facultates, conseruatorias, indulta, Mare magnum, & alias quascunque similes gratias, in his, in quibus statutis, & decretis sacri Concilij Trident. contrariantur. Et licet Pius V. in sua constit. incip. Et si mendicantium, sub dat. 17. Kal. Septembris 1567. confirmasset priuilegia Ordinibus Mendicantium concessa, & alia de nouo concesserit, ac Conc. Trid. vbi de his loquitur, declarauerit, postea Gregorius XIII. dictam Pij V. constitutionem reuocauit, & reduxit ad terminos iuris communis, & Concilij Trid. Constit. sua, incip. In tanta, sub dat. Kalend. Martij 1572.

**D**elinquentes Religiosos in casibus, in quibus ex 5. Conc. Trid. iurisdictioni Episcoporum subduntur, excommunicari, & alijs penis puniri posse ab Episcopo, cum quoad contenta in dicto Concilio cessent omnia eorum priuilegia, & exemptiones per text. in præfenti, & dictam constit. Pij V. docent Piafec. in præf. Episcop. p. 2. c. 3. n. 52. versic. delinquentes, Genues. in præf. Archiep. Neapol. c. 59. n. 8. ex eo, quia Conc. hic mandat obseruari omnia decreta de Regularibus, non obstantibus priuilegijs, & deputat executores Episcopos, hinc sequitur, quod cum nulla ratio priuilegiarum sit habenda, nec Conciliū restringat modum compellendi, remittitur arbitrio ipsius Episcopi, l. 1. ff. de iure delib. in terminis Aldan. in compendio Canon. resolut. lib. 2. tit. 18. num. 10. vbi in vna Liman. 19. Septembr. 1625. refert decimū licere Episcopo, etiam penis, & censuris Ecclesiasticis in decretis eidem specialiter commissis hæc sess. 25. de Regul. Regulares compellere ad eorum executionem.

## DE REFORMATIONE.

Episcopi fructus suarum Ecclesiarum, non consanguineis, & familiaribus, sed pauperibus distribuant, & traditur ipsis in hoc decreto norma viuendi.

### C A P V T P R I M V M.

1 Doctores de materia cap. agentes.

2 Baldachinum in Ecclesia loci dominus erigere non

Barbof. Collect. in Concil. Trid.

potest.

3 Episcopi modesta supellectili & mensa vti debent.

Kk

4 Ecclesia

- 4 Ecclesia res omnes sunt Dei .
- 5 Consanguineis Ecclesia res donare prohibentur Episcopi .
- 6 Episcopi solent esse caeci circa nepotes .
- 7 Episcopi damnabiliter agunt qui res Ecclesia nepo-

tibus erogant , aut distribuunt consanguineis indifere-

- 8 Episcopus an possit bona Ecclesia solita dari in emphyteusim potius in consanguineos , quam in extraneos alienare .

Cap. m2-  
Eng de toto  
c. qualiter, &  
quando de  
accus. supra  
sess. 22. de re  
format. c. 1.  
in princ.  
b Psalm. 101.  
Ecc. es. 3. 35.  
& 66.  
Matth. 10. &  
18. cum sim.  
Concil. Carthag. 4. c. 15.  
Conc. Tolet 1. c. 7. c. Episcopus . 41.  
dist. c. pro reuerentia 44.  
distin. supra  
sess. 3.  
c. Coue. Antioch. c. 25.  
c. quisquis.  
c. sint manifesti. c. Episcopus, & c.  
res Ecclesia rum, cu seq. 12. q. 2.  
c. Can. Apost. 39. & 75.  
c. Concil. Later sub Leone X. sess. 6. de reform. accusa.

**P**TANDVM est, vt ij qui Episcopale ministerium suscipiunt, quæ suæ sint partes, agnoscant, ac se non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum, sed ad labores & sollicitudines pro Dei gloria vocatos esse intelligant, nec enim dubitandum est, & fideles reliquos ad religionem, innocentiamque facilius inflammandos, si præpositos suos viderint non ea, quæ mundi sunt, sed animarum salutem, ac cælestem patriam cogitantes. Hæc eum ad restituendam Ecclesiasticam disciplinam præcipua esse sancta Synodus animaduertat, admonet Episcopos omnes, vt secum ea sæpè meditantes, factis etiam ipsis, ac vitæ actionibus, quod est veluti perpetuum quoddam prædicandi genus, se muneri suo conformes ostendant: in primis verò ita mores suos omnes componant, vt reliqui ab eis frugalitatis, modestiæ, continentiæ, ac, quæ nos tantopere commendat Deo<sup>b</sup>, sanctæ humilitatis exempla petere possint. <sup>a</sup> Quapropter, exemplo Patrum nostrorum in Concilio Carthaginensi non solum iubet, vt Episcopi modesta supellectili, & mensa, ac frugali victu contenti sint, verum etiam in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueant ne quid appareat, quod à sancto hoc instituto sit alienum, quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præ se ferat. <sup>c</sup> Omnino verò eis interdicit, ne ex redditibus Ecclesiæ consanguineos, familiaresve suos augere studeant: cum & Apostolorum<sup>d</sup> canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, & quæ Dei sunt, & consanguineis donent, sed si pauperes sint, ijs, vt pauperibus distribuunt, eas autem non distrahant, nec dissipent illorum causa: immo, quam maximè potest, eos sancta Synodus monet, & vt omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosque carnis affectum, vnde multorum malorum in Ecclesia seminarium extat, penitus deponant. Quæ verò de Episcopis dicta sunt, eadem non solum in quibuscumque beneficia Ecclesiastica, tam secularia, quam regularia obtinentibus, pro gradus sui conditione obseruari, <sup>e</sup> sed & ad sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales pertinere decernit: quorum consilio apud Sanctissimum Romanum Pontificem cum vniuersalis Ecclesiæ administratio nitatur, nefas videri potest, non ijs etiam virtutum insignibus, ac viuendi disciplina eos fulgere, quæ merito omnium in se oculos conuertant.

1. Vide Anon. Molin. in sua instruct. sacerdot. tract. 2. cap. 13. & 14. Petr. de Ledesma in sum. part. 2. tract. 32. c. 3. del estado de los Obispos, concl. 24. dub. 1. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 2. num. 69. vers. secundum.

Episcopo, & in eius absentia Vicario generali debetur reuerentia in Choro, dum Diuina celebrantur, ab omnibus Canonici, etiam exemptis ratione subcollectoræ, & alia ratione, Aldan. in compendio Canon. resolut. lib. 3. titul. 28. numero 19, vbi refert ita fuisse resolutum per sacram Congregationem Episcoporum in Casacen. 11. Nouembris 1614. Locum tenens est afficiendus eodem honore, quo is, cuius locum tenet, ex eodem Aldan. citato loco, vbi attestatur ita fuisse decernit à S. Congreg. Ratum in Brundusina 10. Nouembris 1612.

2. Baldachinum in Ecclesia loci dominus erigere non potest, & Episcopus omnibus factorum Canonum remedijs huiusmodi Baldachinum omnino remouere facere debet, vt per Aldan. d. cit. 28. nu. 50. vbi dicit ita fuisse resolutum per Sac. Congreg. Episcop. in Boianen. 12. Ianuarij 1618.

3. <sup>a</sup> Quapropter exemplo Patrum nostrorum, &c. ] Vide AZOR. institut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 3. quæst. 1. vers. at enim contra hos, VZOLIN. de offic. Episcop. cap. 3. in princ. num. 5. metipsum in simili tract. p. 1. tit. 2. gloss. 5. num. 12. Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum, verb. beneficiatus, differ. 5. vbi ita scribit, Miror valde, quod stante præfato præcepto Cœciliari (quo in presenti) & in re tam graui, tanquàm pauperibus præiudiciali, & statui ecclesiastico contraria, qui verbo & exemplo docere debent horum pompam, & vanitatem mundi contemptum sint viri aliqui docti, & Religiosi, qui audeant dicere hanc Cœciliari dicitur esse de honestate, & perfectione, non tamè de præcepto, cum Cœcilium aperte dicat, non solum iuber, vt Episcopi modesta, &c. <sup>b</sup> Quæ sunt Dei ] Omnes Ecclesiæ res esse Dei, docent

4. Tiraq. de constituto limit. 16. num. 3. Nauart. commento 2. de Regularib. num. 3. & de reddit. ecclesiast. quæst. 1. mon. 40. num. 14. & mon. 18. num. 11. Ioan. Valer. de different. vtriusque fori, verb. manera differ. 1. num. 5.

5. <sup>c</sup> Consanguineis donent. ] Vide Molin. de primog. lib. 2. cap. 10. ex num. 37. Ceual. commun. contra commun. quæst. 388.

num. 33. Barthol. Perett. in comment. ad extraneag. Ambitiose, de reb. eccles. non alienan. super verb. illorum præcipue, nu. 19. & 20. Cald. Pereira de potest. elig. cap. 13. num. 13. Ludou. Beja respons. casuum conscientia p. 2. cas. 25. fol. mihi 240. Molin. Theolog. de instit. tract. 2. diffin. 148. concl. 2. Paul. Comit. ref. moral. lib. 1. quæst. 70. num. 2. Ioan. Valer. d. verb. muneris differ. 1. num. 64. vers. secundum. Trullench in Decalog. lib. 7. cap. 2. dub. 6. num. 9. Solent enim Episcopi esse caeci circa nepotes. Bald. in auth. Quicumque. C. de sacrosanct. Eccles. las. in vrb. feudor. tit. qui feudum dare poss. ante num. 14. Franc. Leo in thesauro fori ecclesiast. part. 1. cap. 3. num. 37. Ego ipse de officio & potestate Episcopi, part. 1. tit. 2. gloss. 9. nu. 30. cum seqq.

7. Certè nonnulli Prælati pretium vniuersitatis suis marisupijs includentes patrimonium Crucifixi aut nepotibus erogant, aut damnabiliter retinent, aut distribuunt consanguineis indifere. Nonne considerant, quòd requirit Dominus ab vnoquoq; villicationis propriæ rationem, & honorem proprij principatus, propter hoc irritauit impius Dominum, dicit enim in corde suo, Non requirit exactissimè vsque ad nouissimum quadrantem, & retribuet abundanter facientibus superbiam, malos vtique male perdet, vineam suam alijs agricolis locaturus. Væ operarijs vineam Domini Sabaoth si cum sarmentis abscondantur, & in ignem mittantur! Væ Pastoribus si numerentur in sinistra cum hædis! Væ cultoribus Domini cæ messis si cum palea comburantur!

8. An possit Episcopus bona Ecclesiæ solita dari in emphyteusim potius in consanguineos, quam in extraneos alienare, & an, & quando hoc licitum sit? Vide Concil. Bracharen. I V. act. 5. c. 28. Bursat. conf. 127. num. 1. & 78. lib. 2. Menoch. conf. 18. num. 19. vers. non obstat, & conf. 79. nu. 1. & num. 4. cum seqq. Barthol. Perett. ad d. Auth. ambitiosa, verb. ac de rebus, & bonis, ex num. 60. Surd. de aliment. tit. 8. de priuileg. 92. nu. 1. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 9. q. 17. nu. 124. Cardos. in praxi iudic. verb. Emphyteusim, nu. 21. Cald. Pereira d. c. 13. num. 2. 3. & 11.

9. <sup>d</sup> Vt omnem humanum, &c. ] Vide Nauart. de spol. cleric. §. 19. num. 2.